



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. III. An & qua ratione decimæ sint integrè, & absque diminutione  
solvendæ?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

conditionis, quam iustus Dominus, & bonæ fidei possessor. Circa personales tamen decimas, ubi earum adhuc usus est, distingui debet, ita ut non debeant solvi, nec ab Ecclesia accipi possint, si res injustè contra iusticiam commutativam sint acquisitæ, per factum v. g. rapinam &c. ita, ut talium rerum dominium non acquiratur accipienti, tum quòd nullo modo de tali re disponere possit ille, qui taliter hæc injustè acquisivit; tum quòd Ecclesia, hæc à non Domino tradita, accipere non possit, ne videatur illius injustitiæ cooperari; solvi verò debeant, si res illicitè quidem, ob turpem causam v. g. contra temperantiam, castitatem, seu similem virtutem &c. acquiruntur, ita tamen ut earum dominium accipiens sibi acquirat, nisi fortassis ex hac etiam acceptione scandalum oriretur, si Ecclesia decimas personales ex his etiam illicitè acquisitis acciperet.

Ex illis verò, quæ titulo gratuito, sive lucrativo acquiruntur, ex hæreditate v. g. legato, donatione liberali &c. quòd de jure communi solvendæ sint decimæ, multi concedunt, cum jura loquantur universaliter, quando de decimis solvendis loquantur, de omnibus bonis, & de omni lucro licito solvendæ decimas, afferentia; fatentur tamen etiam ad consuetudinem hæc in re attendendam, & multas alias exceptiones faciunt, ut meritò probabilior sententia videatur, quòd ex taliter acquisitis nullæ decimæ personales sint solvendæ, cum hæc de jure communitantum solvi debeant ex lucro, industriâ vel operatione hominis acquisito, qualiter

acquisita non sunt, quæ gratuita liberali donatione &c. acquiruntur.

## §. III.

*An & qua ratione decimæ sint integre, & absque diminutione solvendæ?*

**Q**uòd integre solvi debeant decimæ prædiales, & quæ mixtæ dicuntur ex dictis & varijs hujus tit. juribus tet: censentur autem integre solvi solvantur non deducendo prius ex decimis indecimatis census, tributa, expensis &c. aut alia debita, ut colligitur ex c. cum homines. 7. r. Tit. 26. & c. cum non sit. 33. h. t. hæc enim deducendo prius, quam decimæ solvantur, magna fiet diminutio cum prædialibus Ecclesiæ & divini cultus interesse cum hic temporalibus credituribus dominis postponeretur; & quanto fructuum nomine in jure illi tantum fructus veniant, qui deductis expensis sunt, intelligi tamen hæc accipi debet non in ordine ad decimas, sed reparationem damni ob factam laborem. Ex personalibus verò decimis solvi debeant, deduci prius expensis, quæ necessariæ & utiliter ad fructum acquirendum factæ sunt, ut colligitur ex c. pastoralis. 28. h. t. cum tamen decimæ non possint computari nisi decimæ cum industriâ & operâ hominis acquisitum, ex quo decimæ personales solvi debent, si earum aliquis usus est.

3(0)

SECTIO